



**Hermanni Hamelmanni, S. S. Theol. Licent. & dum viveret
Superint. Oldenburgici, Opera Genealogico-Historica, De
Westphalia & Saxonia Inferiori**

Hamelmann, Hermann

Lemgoviae, 1711

VD18 11397225

8. Ejusdem Oratio sive relatio historica, quod hominibus Westfalibus
potissimum debeat vel adscribatur, quod Latina lingua & politiores
artes per Germaniam restitutæ sint.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56092)

ORATIO,
VEL
RELATIO HISTORICA,

Quomodo
Hominibus Westphalis potissimum
debeat & ascribendum sit,

Quod
*lingua Latina & politiores artes
per Germaniam sint restitutæ priori nitore
& elegantiori formæ,*

Autore
HERMANNO HAMELMANNO,
Licent. & Superattendente in Comitatu
Oldenburg.

LEMGOVIÆ,
Imprimebat Bartholomæus Schlottenius, 1580.



*Reverendis, Clarissimis, pietate & doctrina
excellentibus Pralatis,*

Domino Mag. JOANNI BARCKEIO
Hervordienſi, Jureconſulto, Decano Collegii ad S. Stephanum
in urbe Bremeni,

Et

Domino HERMANNO WENNINGIO,
Theologo, Patri & Præſidi Phrontiſterii in Möllenbecke;

Nec non

*Celebri viro, genere nobili, virtute excellenti &
eruditione egregia ſplendido,*

Domino CASPARO SCHWARTZIO,
Patricio in Imperiali urbe Tremonia;

*Dominis & Patronis ſuis ſemper obſervanter colendis,
ſalutem in Chriſto dicit.*

Hanc meam Oratiunculam cum diu preſiſſem, rogarunt me aliquot
aliquot ſtudioſi apud exteros verſantes, dum noſtrates Weſtphali pagani
in S. ſolis & Academiis contemptui & deriſui eſſent propter Patriam,
idioma, & nescio quæ impedimenta, ut hanc noſtram narrationem aliis per
typos, cum tribus aliis noſtris orationibus, quarum una deſcripta vitam
RODOLPHI LANGII, altera vitam HERMANNI BÜSCHII, &
tertia explicat, quomodo multi Weſtphali genus natalitium egreſſi, virtute ad
ampas dignitates aſcenderint, &c. communicarem. Demum hanc mihi
extorſit ſtudioſus & doctus Juvenis Juſtus Meybomius, Martini quondam
noſtri condiscipuli filius, cum fratre Henrico, elegante Poëta, (quorum avus
maternus fuit primus Evangelista Hervordia Doctor Theologus Joannes
Dreyerus, & horum cognatus M. Joannes Dreyerus, Paſtor Eccleſiæ Chriſti
qua eſt Lemgovia in ade Divi Joannis, veram & incorruptam doctrinam
Evangelii docet. Quod quidem ipsis multis obſecrationibus, propter affinita-
tem, qua eis junctus ſum, denegare non potui, nec debui.

Ideo editurus hanc Orationem, volui eam T. D. DECANE Reverendis
primo loco eſſe communem & dedicatam. Video enim te unum præ multis aliis
Pre-

Pralatis rem literariam & pietatem veram ornare doctrina, studio & diligentia, assiduaque lectione atque iudicio, & ita consilio & ope promovere, & eadem virtutes exercere vera religionis & Theologiae praxi, ut vix sciam, quem tibi praferam: nam scio te in hoc tuo venerando senio studere quotidie, orare & legere meditarique diligenter: In florida etate fureconsultum egisti egregium: sic in senio agis sedulum, strenuum & pium Theologum: Habes in tua Bibliotheca insignes & propediem omnes historicos, & praecipuos antiquae Ecclesiae Patres, atque opera Lutheri, & alia utilissima scripta, eaque omnia ita perlegisti & Scholiis illustrasti, ut merito tua diligentia, vigilantia, studium, labor, pietas in Deum, assidua lectio, sacra meditatio, oratio sedula, & erga omnes humanitas, ceteraque T. Dig. virtutes sint praedicanda, & non solum verbis, sed etiam scriptis commendanda posteris publice: Volui igitur totius Ecclesiae & communium studiorum nomine V. R. D. gratias agere. Similem te praebemi Decane tuo populari HERMANNO DWERGIO, Prothonario & Assessori Rota in curia Romana ante annos centum & viginti, ut opinor, qui cum ageret Pralatium, & amplas obtineret dignitates Coloniae, Treveris, Lubeca, ex bonis suis Ecclesiasticis, quae alii equis, canibus, concubinis, conviviis, vestiti & luxui impendunt, fundavit in singulis istis locis Collegia in usum studiosorum, imprimis vero in pauperum studiosorum commodum instituit in communi vestra Patria Collegium, quod quomodo ante annos quinquaginta floruerit, tuo relinquam iudicio, quoniam de ea re omnium optime restari poteris: Interim in ea Schola Dwergii vel potius Collegio claruerunt celebres iuventutis Doctores & Moderatores Jacobus Montanus, Josephus Horlenius, Theodorus Rotarius, Rodolphus Mollerus, Homerus Buteranus, Christianus Schleibingius, Henricus Sibæus Olphenius, Joannes Glandorpius & Albertus Lonicerus, sagacissimi, doctissimi & celebres ratione istius seculi reformatores rei literariae, & illorum locum modo subit M. Casparus Kemena, Eydinckhusensis: in quo etiam Collegio sub Horlenio egit discipulum Petrus Mofellanus.

Praedictus etiam Dwergius in utriusque Patria Xenodochium in platea contigua porta dictae die Lubber Pforten extruxit & redivitibus donavit: ideo salis viri memoria est digna, quae vigeat apud posteros.

Cum igitur tu quoque, spectabilis Domine Decane, insistens Dwergii vestigiis, non in alium usum bona Ecclesiastica impendas, quam in usum Ecclesiae, piorum & studiosorum, & ad exornandam & augendam tuam celeberrimam Bibliothecam, & negotium Religionis non minus quam rem literariam promo-

veas & promotum cupias, volui T. D. primo loco inscriptam hanc nostram orationem, & oro eam reverenter, ut in pio negotio pergat.

Secundo volui etiam T. Paternitat, Reverende & spectatissime Domine Abba, simul nostram Historicam narrationem de Westphalia conscriptam, quoque dedicatam esse, cum sis Westphalus. Heret etiam mihi in recenti memoria adhuc, quomodo ante annos viginti mihi benigne suppeditaveris ex vestra Bibliotheca, libros hominum Westphalorum, ut Werneri Rovingii, Alexandri Hegii, Rodolphi Langii, Bartholomæi Colonienis, Hermanni Buschii & aliorum scripta; Deinde tu homo Westphalus, doctus & iudicio excellens, ad eam dignitatem pervenisti, ut non solum vestro Monasterio & Collegio sis ante multos annos Prepositus electus, sed quoque tui Comitatus Schoonenbergico simul sis ut Consularius, cum amplissimis consulis & lectissimis viris Dn. Joachimo à Staffhorst / Nobilitate, virtute & doctrina splendido Heroë, & cum Cancellario Doctore clarissimo & verum magno multisque dotibus excultissimo Jureconsulto, D. Antonio Witerhemio, & aliis præstantibus viris, constitutus: Ideo spero nostram Orationem fore tibi similiter gratam. Est etiam mihi tecum commune nomen, ut vocemur Hermanni, ab Heroë Harminio Herenmanno; & sane fuere quoque tres Hermanni in Westphalia nati, qui suo & majorum nostroque tempore claruerunt, ut Hermannus Buschius, Hermannus Tulichius & Hermannus Bonnus, qui eruditionis nomine excelluerunt; Studeamus (sicut & illi quoque fecere) & nos, ut de Ecclesia & de Westphalia nostra cjuque incolis bene mereamur. Vidi nuper alium Hermannum, ætate puerum saltem natum annos 12. in urbe Lemgovia, Hermannum Cothmannum, Consulis Theodori, viri iudicio, eruditione & virtute præcellentis, filium, & Ludolphi quondam Consulis nepotem, qui mirandum sua eruditionis & peritia linguarum specimen in hac sua pueritia præbet, & tale quidem ostendat, ut sita pergat & ad virilem ætatem perveniat, sit lumen non tam Patriæ, sed totius Westphalia futurus, &c. Adfuit etiam mihi nuper V. R. & Phrontisterii industrius & venerandus Procurator, Dominus Bernhardus Begenlis, qui mihi veterem vestram benevolentiam prædicavit: accipiat ergo V. P. præstationem bono animo; Saluto qui apud vos est Magistrum Joannem Stapelium, virum optimum.

Venio tandem ad tuam Præstantiam, Caspare, genere, eruditione ac virtute celebris vir, quoniam ante quatuor Menses suis eadem literis me non solum

Solam humaniter salutavit, sed meam familiaritatem expetiit, suamque benevolentiam obtulit, propterea quod censeret me aliquo modo Historiis illustrasse Patriam nostram Westphalam, & me hortaretur, ut pergerem in veteri nostra Patria illustranda bonam operam ponere, quum in ea re antea aliquid operae praestitissimam, adjecit etiam V. P. quod aliquando se eadem ipsa ex nostris opusculis contra Zoilos Colonia & in aliis Academiis tanquam crassos & ineptos censentes Westphalos nostros, defenderit ita & mendacii arguerit, ut tanquam aequiores facti essent: ideo adpergendum me V. P. hortatur. Jam quidem ingenue tibi fateor, dum adhuc essem & agerem in Westphalia ante annos 16. vel 17. & pergerem reliquos illustrium Westphalia virorum libros pertexere, & imprimis amplissimi Comitatus de Marcka, item vestrae urbis & vicinarum, atque reliquarum ditionum excellentes & claros viros recensere, cognoscebam certis argumentis, me etiam a nostris & adeo in media Westphalia, hoc est, dum Lemgovix agerem, derideri, agitari & naso adunco suspendi, & nonnulla mihi in faciem dici, quasi hoc nomine male audirem apud externos, ideo abieci non solum ea omnia, sed potissimam partem Vulcano commisi, sicut tunc erant multi mihi adversarii, qui omnia mea carpebant, & me ipsum extinctum cupiebant, quorum non exigua pars fuisse tunc Henricus Coloniacus, Cancellarius Paderbornensis, & M. Jonas Tuntius, Cancellarius Lippiensis Comitatus, qui jam habent judicium suum: Ideo ipsorum & aliorum invidorum instinctu & morsibus factum est, ut ita merore affectus, quod longo labore collegeram, multaque historica, qua hinc inde non sine sumptibus magnis per annos viginti conquirendo observaveram, igni & latrinis consecrarem, adeo subiraescebar, ut ista & mihi & aliis inviderem.

Postquam vero cepti deserere Westphalam (licet jam rursus in terminis Westphalia sedes habeam) tunc isti Westphali, qui in aliis commorabantur Regionibus, aut in diversis Saxonia, Misnia, Thuringia & Suevia Universitatibus ac Scholis agebant vitam, apud me literis & precibus instare non cessabant, ut pergerem a calumniis adversariorum nostros Patriotas & ipsam Patriam vindicare: Sic tandem hanc & tres alias orationes in chartas conjeci. Hanc cum edere vellem, volui etiam tibi, ut viro literis, doctriate, etione historiarum, usu rerum, virtute & judicio praevalenti similiter dedicatam esse: Amo T. Praest. propter praedictas virtutes, amo tuam Patriam, in qua ante annos 36. vel circiter non vulgarem in studiis progressum sub Mag. Joanne Lambachio, Scævaste (nunc Doctore Juris, qui adhuc in Domino superest, & det ei Christus longam vitam) viro eruditione & gravitate praevalenti, qui

sua Patria, maximum decus attulit, & sub Poëta Cypriano Vomelio & lectissimo suavissimoque Rhetore Quirino Reinerio: Ornat adhuc tuam Patriam idem D. Lambachius cum suis Collegis Frederico Beurhusio, Philosopho & dialectico præ multis aliis celebri, Joanni Copio veteri amico. Sunt in vicinia vestrae urbis nobiles viri doctrina, pietate & autoritate excellentes D. Georgius à Siborch / homo sapiens & eloquens, & D. Georgius Scellius, Archiquæstor Hordensis, judicio ingenioque acutus, & discipulus Lutheri, & hos aliquando sensi patronos, & ipsis ago adhuc propria benevolentia gratias. Quoties etiam recordor tui nominis, incidere mihi memoria mei summi patroni & Nobilis viri, doctrina, integritate & gravitate multos antecellentis atque Consularii ditionis Osnaburgensis, D. Caspari Seelen, qui istorum duorum prædictorum condiscipulus fuerat, & cum ipsis ad pedes Lutheri sederat, sed jam in Domino Jesu quiescit.

Saluto autem per V. P. prædictos Gubernatores & Professores in Schola Præsidentes in templo D. Dithmarum Wickradium, Henricum Scribam Amandum & Barupium, viros Reverendos, item industrium & nobilem virum urbis Syndicum Wilhelmum Brinckium, popularem nostrum, & Dithmarum Pinogium, hospitem meum liberalem. Valeat V. P. in Christo.

Valete omnes vos tres in Domino, & Hamelmannum sibi commendatum habete, &c. Oldenburgi, ad 30 Augusti, Anno à nato Christo 1580.

Relatio Historica,

Quomodo hominibus Westphalis potissimum debeat, quod lingua Latina & politiores artes per Germaniam restitutæ sint.

Diximus in *diversis duabus Orationibus*, quid in restituenda & propaganda lingua Latina & in politiori literatura ac artibus suæ integritati reddendis præstiterint Nobiles viri RODOLPHUS LANGIUS & HERMANNUS BUSCHIUS, quando de utriusque vita sermones instituimus: nam quod in tota Westphalia præstitit LANGIUS, ut diximus in oratione de ejus vita, hoc per Germaniam BUSCHIUS effecit in Academiis, Coloniensi, Rostochiensi, Lipsiensi, Griphswaldensi, Francofortiana, Witebergensi & alibi in Scholis, sicut in ea sermone quem de vita Buschii instituimus, demonstravimus. Nunc vero dicemus de aliquot Westphalis *Daventria* institutis sub THOMA de KEMPIS & aliis Præceptoribus, qui cœperunt reformare studia, quando ubique Scholas occupassent textus *Alexandri Grammatici, Catholicon, Gemma Gemmarum, Mammetractus, Papias, Holkot/Breifot/Florista, Hugutio, in Grammaticis*; Item in rebus *Logicæ Petri Hispani, Tinctoris & Verbonis spinosa & barbaræ quæstiones*; Item in arte *Oratoria, Rhetorica Lescheri de modo epistolandi*; Item *Epistola Gasparini, Augustinus Datus, & Franciscus Niger*, item copulata *Bursa Montis in Colonia*; in *Moralibus, Doctrinale Alani Morale*; in *Theologia, Scotus, Biel, Bonaventura, Pomerius, Discipulusque*; item in *Jurisprudencia, Bartolus, Baldus & Panormitanus*; item in *Medicina Averroes & similes*. Et ut revertar ad institutum, cum THOMAS de KEMPIS post suum præceptorem primo FLORENTIUM RODIGINUM, deinde M. GERHARDUM MAGNUM aliosque eorum collegas, suscepisset curam *Schola Daventriensis*, ecce in ea erant discipuli RODOLPHUS AGRICOLA, MAURITIUS, Comes *Speigelbergicus*, RODOLPHUS LANGIUS, ANTONIUS LIBER, *Susatensis*, LUDOVICUS DRINGENBERGIUS, *Paderbornensis*, ALEXANDER HEGIUS & similes; illos præceptor, postquam audiret reflorescere studia in Italia per *Franciscum Petrarcham, Joannem Bocatium, Leonardum Arcinum, Franciscum Philelphum & alios*, plerosque hortatur, ut se

se in Italiam reciperent, imo fuit suavor ditiorebus tribus, ut *Comes Mauritio & utriusque Rodolpho*, (alii tres qui erant tenuioris fortunæ partim Daventriæ, partim in vicinis Scholis agebant Hypodidascolas) & primi se ad illam profectioem præparabant *Dominus COMES & RODOLPHUS LANGIUS*, & audierunt isti duo *Laurentium Vallam, Franciscum Philephum, Nicolaum Vallam, Leonardum Arctium, Georgium Trapezontium, Theodorum Gazam* & multos alios, & per illos invitantur ad lectionem optimorum auctorum in lingua Latina, mox illis in Germaniam regressis, aut post ipsos vel paulo ante ab eo *RODOLPHUS AGRICOLA*, Groningensis, & tantisper in Italia hæsit, donec ipse perfectè *Ferraria* & in aliis Scholis Italicis utramque linguam & Græcam & Latinam profiteretur & cum Italicis scriptoribus disputando, legendo & declamando certaret.

MAURITIUS, Comes Spiegelbergicus, natus in vicinia Westphaliæ ad *Vifurgim* in arce *Hagen* cum esset Canonicus Colonienfis & Præpositus Embricensis, educavit *HERMANNUM, Comitem Newwenarianum* Coloniae, & postea eum in Italiam misit, ut & ibi bonas literas exactè disceret ipse, qui reversus in Germaniam quando factus esset Canonicus Colonienfis, deinde Scholasticus & tandem Præpositus, defendebat causam *JOANNIS REUCHLINI CAPNIONIS*, contra *Hochstraten* eum Romæ, tum apud omnes Præsules Germaniæ, qui quoque contra Philosophastros, Theologastros & blateratores barbaros in Schola Colonienfi conatus est propagare sinceriores humanarum artium traditionem, & in eum finem domi diu aluit & suo patrocínio defendit Coloniae *HERMANNUM BUSCHIUM, Monasteriensem, JOANNEM CÆSARIUM, Juliacensem, ANDREAM CANTHERUM & JOANNEM MATTHÆUM, Phrissemium*, omnes discipulos & auditores Hegii Westphali in schola Daventriensi, ad extirpandam barbariem.

Ita similiter hoc unum egit *COMES MAURITIUS, Embrica*, ut institueretur Schola, ad quam inchoandam vocavit *ANTONIUM LIBERUM, Susatensem*, qui cum à reliquis Canonicis ejiceretur, tamen postea ipsius exordio excitati celebrem Canonici Scholam aluerunt sub *PETRO HOMPHÆO, Cochemensi*, quondam discipulo Hegii Westphali, post quem ibidem studia gubernarunt *M. CASPAR GLOGOVIENSIS, JOANNES ÆLIUS Junior, MATTHIAS BREDENBACHIUS, Kirspensis, & HENRICUS URANIUS, Resensis*, omnes disci-

discipuli JOANNIS MURMELLII, in Schola Monasteriensi, sub Rectore TIMANNO CAMENERO ibidem ad politiores literas formati.

Jam venio ad RODOLPHUM LANGIUM, Monasteriensem Canonicum, qui primus fuit reformator latinæ linguæ, (sicut in Oratione de Langio diximus) in Westphalia, & diu laboravit donec tandem celebris Schola ibidem institueretur patrocínio & consilio suo, cui primo præfgebatur Rector TIMANNUS CAMENERUS, in eadem erant lectores primo *Bernhardus Gueringius*, *Joannes Hagemannus*, *Joannes Peringius*, *Ludovicus Bavincus* (omnes cum Rectore discipuli in Schola *Alexandri Hegii*) donec eo veniret MURMELLIUS, qui ibidem sub *Langii* patrocínio & institutione per quatuordecim annos ita profecit, ut multos præclaros discipulos habuerit: de quibus postea dicemus. Antea scripserat RODOLPHUS LANGIUS ad veterem discipulum ALEXANDRUM HEGIUM, Westphalum, Daventriæ Scholam gubernantem, & eum missis politioribus auctoribus ac scriptoribus purioribus hortatus erat, urgendo, ut extirpata barbarie, discipulos suos assuefaceret ad humaniores literas addiscendas: Idem fecerat quoque *Comes Spiegelbergicus MAURITIUS*, qui similem in modum ad HEGIUM scripsit, suppeditatis eidem veteribus scriptoribus aliquot: Cum ANTONIUS LIBER, *Susaensis, Campis* quoque ex promotione *Hegii* suscepisset Scholam moderandam, scripsit uterque ad eum, videlicet LANGIUS & *Speigelbergicus Comes*, & similiter ipsi mittebant libros elegantes & absolutioris literaturæ auctores, qui cum ibi quoque inceperet reformare studia, inde ejectus per barbaros, *Amstelrodami* Ludo literario præficitur, & tunc quoque RODOLPHUS AGRICOLA ex Academia Heidelbergensi scripsit ad ANTONIUM illum LIBERUM & ad HEGIUM, & ad mutandam communem Scholarum formam & docendirationem hortatus est, & præclare in epistolis ad eum datis, de ipsius ingenio & eximia humanarum artium peritia ejusdem sensit: tandem etiam *Alcmaria* idem tentavit iste ANTONIUS jam turbatus ex *Amstelrodamo* per barbaros: Et de hoc ANTONIO LIBERO illud testatur *Alardus Amstelrodamus*, hujus Antonii discipulus, in diversis locis, & exstant epistolæ Rodolphi Agricolæ ad hunc Antonium datæ (sicut eum appellat excellentem eruditione virum) quibus *Antonii* ingenium ac eruditionem omni ex parte commendat, & eximiam humanarum artium peritiam in eo celebrat, atque

hortatur eum, ut ad meliores literas hortetur & urgeat suos auditores. Qui autem, quot & quanti prodierint viri ex hujus ANTONII LIBERI Schola, postea dicemus. Quando vero RODOLPHUS AGRICOLA veniret *Heidelbergam*, ut ibi profiteretur artes, Philosophiam & linguam Græcam, venit ad eum ipsius condiscipulus LODOVICUS DRINGENBERGIUS, Westphalus, quem, dum *Schlesstaden* petere-
rent à Rodolpho Agricola Rectorem Scholæ, misit ipsum in urbem *Schlesstadium*, sed eum prius diligenter informavit, ut suos ad meliores literas assuefaceret deduceretque: Ibi eum Lodovicum JACOBUS WIMPHELINGIUS, BEATUS RHENANUS, JOANNES SAPIDUS, GEORGIUS SIMLERUS & FRANCISCUS STADIANUS, (qui duo posteriores erant Præceptores PHILIPPI MELANCHTHONIS, ut ipse fatetur oratione habita *Witebergæ* anno 1518. de corrigendis studiis) qui posterior etiam *Coloniæ* audierat *Joannem Casarium*, discipulum *Hegii* & *Langii*, docentem audiverunt. Et de hoc DRINGENBERGIO *Paderbornensi* Westphalo testatur illud *Erasmus Roterodamus* lib. 23. Epistolæ ad *Joannem Vlattenum*, ideo quicquid postea *Jacobus Wimpelingius* de Rhetorica, de elegantis latini sermonis & similibus scripsit, (& fuit Præceptor *Othmari Lucinii* & *Fodoci Willichii*) hoc præceptori Westphalo acceptum tulit, & *Tubingæ*, *Heidelbergæ* ac *Francfurti* in Academiis legit. GEORGIUS SIMLERUS hujus quoque discipulus scripsit de observationibus artis Grammaticæ & de literis Græcis, & hoc accepit primo ex præceptore Dringenbergio: idem dicamus de SAPIDO, qui diligenter *Argentorati* docuit, & extant præclara monumenta Beati Rhenani. Venio nunc ad ALEXAND. HEGIUM, de quo sic scribit *Erasmus Roterodamus* in *Chiliad. Centuria 4. in Proverbis*. Quid canis in balneo? Sic, his itaque jam plenis jamque absolutis laudibus viri (*Rodolphi Agricola*) equidem fateor me peculiariter etiam atque impensius favere, quod mihi admodum adhuc puero contigit uti præceptore hujus discipulo *Alexandro Hegio*, qui ludum aliquantulum celebrem oppidi *Daventriensis* moderabatur, in quo nos olim admodum pueri utriusque linguæ prima didicimus elementa, vir ut paucis dicam, præceptori suo simillimus, tam inculpatæ vitæ, quam doctrinæ non trivialis, in quo unum illud vel *Momus* ipse calumniari fortasse potuisset, quod famæ plus æquo negligens nullam posteritatis habet rationem. Proinde si quæ scripsit ut rem ludicram haud seriam egisse videtur. Quanquam vel sic scripta sunt ejusmodi, ut eruditorum calculis

immortalitatem promereantur. Idem in Dialogo, qui Ciceronianus inscribitur, ait: Westphalia nobis dedit ALEXANDRUM HEGIUM, virum eruditum, sanctum & facundum, sed qui gloriae contemptu nihil magni est molitus.

MURMELLIUS quoque sic de HEGIO scribit, quando in opera Torrentini epigramma cuderet:

Dux etenim nobis doctissimus Hegius ille

Præceptorque fuit.

Idem Joannes Murmelius libro 2. Didascaliorum capite 9. sic scribit: ALEXANDER HEGIUS homo Græcæ ac linguæ Latinæ cum primis eruditus & præceptor quondam meus: Item cap. 21. Alexander Hegius, vir non minus græcæ linguæ quam latinæ doctus.

HERMANNUS BUSCHIUS, anno 1489. tale scripsit de HEGIO epigramma:

Si quis in Aonio posuit vestigia luco,
Scindit & intonsam si quis ab arte lyram,
Si quis Grajorum didicit facundia virorum
Scripta, vel Aufonia flumina digna toga,
Si quis Romanas acies & prælia novit,
Vel quæ Cumæus Partheniusque docet;
Tu qui clara tenes Pellæi nomina regis,
Dispeream, si non hic mihi solus eris.

Idem in præfatione in libros suos duos Epigrammatum ad ALEXANDRUM HEGIUM sic scribit: Hanc editionem præcipitavi, quanquam imprudenter eamque tuo nomini tuæque integritati dedicavi, ut eo securius tuo præsidio tuoque patrocinio in lucem exiret. Arbitratus itaque, si ea suavitate, eo ornatu, ea denique ubertate (ut poemata debebant) carmina nostra non fluerent, tu ea facillime pro tua in me benevolentia, quæ mihi à teneris annis, cum ludum tuum ingrederer, tuoque auspicio prima artis Grammaticæ rudimenta imberem, perspectissima fuit, ab omni livoris morsu atque invidia vindicare.

Erant autem discipuli ALEXANDRI HEGII, *Daventria*, ERASMUS ROTERODAMUS (qui libros de *Constructione*, de *Copia verborum* & rerum, de *Conscribendis Epistolis*, de *Apophtrechmatibus*, de *Chiliadibus*, de *Similitudinibus* & de aliis conscriptis, mirificè promovit rem literariam) HERMANNUS BUSCHIUS (qui quantum promoverit puriores artes,

artes, diximus in oratione, quam de ejus vita conscripsimus) JOANNES MURMELIUS (de quo postea) item Joannes Casarius, Hermannus Terrentinus, Timannus Camenerus, Jacobus Montanus, Spirensis, Josephus Horlenius, Nicolaus Lesdorsius, Conradus Goclenius, Joannes Alexander Meppensis cum fratre Luberto, Antonius Tunicius, Joannes Peringius, Gerhardus Listrus, Rhenensis, Joannes Hagemannus, Petrus Nebemius, Drolshagius, Ludolphus Heringius, Berhardus Gueringius, Lodericus Bavinus, Servatius & Joannes Adicollii, Colonienfes, Jacobus Faber, Daventriensis, Theodorus Rotarius, Petrus Gymnicus, Aquis, Joannes Volsius, Lunensis, Arnoldus Venlo, Joannis Venroth, Andreas Ornotoparius, Bartholomaeus Colonienfis, Andreas Canther & plures, qui omnes fuerunt auditores Alexandri Hegii, & ab eo instituti sunt, sicut etiam Otto Beckmannus. Quod attinet ad HEGIUM, extant aliquot epistolae Redolphi Agricola ad ipsum datae, de explodenda barbarie: Interim vidi Farriginem istius Alexandri Hegii, Daventriae editam, in qua indicat barbari vocabula & ineptos Germanismos vel soloeccismos, item absurdos dicendi modos auditoribus, & meliores in dictione phrasas ostendit, communem quoque Glossatorum & Commentatorum processum in explicandis Grammaticis, poetis & scriptoribus reprehendit, & multa utiliter substituit, & commodius pleraque explicare re ipsa se posse ostendit; deinde scripsit *Invectivam* contra ineptos Grammaticos & modos significandi, ubi inter caetera ait: Adeo exigua latinitatis cura est, ut etiam tituli librorum corrumpantur; tandem inter alia refert & recitat inepta & non latina dicta, ut *magistrari*, *præsbyterari* similiaque, quae ex libello (ut ait) cui titulus est, *Disciplina scholarum*, discuntur, ubi etiam praemissus est barbarismus ipsi operi in titulo, &c. tandem stomachatur in *Vocabularium*, ex quo, in *Gemma Gemmarum*, & censet potius pueros esse remittendos ad *Varronem*, *Nonium Marcellum*, *Tortellium* & alios puriores & vetustiores Grammaticos: deinde addit, *Alanum* & *Alexandrum* esse indignos, qui legantur & emantur: denique edidit *Dialogum Physicum*, in quo de arte Dialectices & in nonnullis aliis Dialecticis asserit prolixè de utilitate Grammatices, Dialectices & Rhetorices, & de Physicis negotiis doctissime disputat, videlicet de sensu & sensibili ex ipsis fontibus Philosophorum disputationes instituit, videlicet ex Graeca & Latina lingua, & in eodem testatur, quantum in morali Philosophia profecerit, postquam doctissime de virtutibus & moribus differat, &c. Haec in scriptis Hegii. Jam videamus, quid ipse in discipulis & per discipulos effecerit per Germaniam, Dixit

Diximus de *Erasmo Roterodamo* & de *Buschio*, discipulis *Hegii*, jam pergamus de reliquis istius auditoribus differere. **JOSEPHUS HORLENIUS**, *Segenensis*, *Hervordiae* Rectorem egit, cum ibi ageret *Correctorem* **THEODORUS ROTARIUS**, quoque discipulus *Hegii*, & sub eo *Hervordiae* literas didicit, quando ibi reformaret *Horlenius* cum *Rotario Unnensi* studia humanitatis *Petrus Mosellanus* circa annum Domini 1506. & hic fuit, cujus facit mentionem *Mosellanus* in *Dialogis* suis, dialogo 5. quando sic ait: Quum primum puber factus, graviori paulò cura *Præceptorem* scriptores Latinos prælegentem audire cœpisssem, subinde *Græcæ* aliquot voces nobis occurrebant. Quo loco *Præceptor* suo munere egregiè se putabat perfungi, quoties obiter tantum admone- ret ea esse *græca*, perinde ac si peregrina ad nos nihil attinerent, &c. Interim vir erat admodum doctus **HORLENIUS**, qui multa utilia scripsit, & octavo vel septimo anno post millesimum & quingentesi- mum regressus est *Monasterium*, factus est *Lector* *Quartæ* classis, (& tunc adhuc didicit ibidem literas *Græcas*) quando vero ex schola *Timanni* discederet *Murmellius*, & *Feringius* fieret *Corrector*, **HOR- LENIUS** præfiebatur *tertiæ* classi, & *Feringio* tandem in *Patriam* proficiscente, ut *Corrector* *secundæ* classi præficeretur hic **JOSEPHUS**, & moritur demum in ea *functione* *Monasterii* anno Domini 1521. peste, major sexagenario.

JOANNES MURMELLIUS, *Hegii* discipulus, cum venit *Monasterium*, ita sub *Langii* auspiciis profecit, ut auxilio & judicio *Langii* multa utilia & scriberet & doceret, traderetque ea felicitate, ut ex omnibus locis studiosi confluerent ad scholam *Timanni*, ut audirent *Murmellium*, quia tanta de ea schola increbuit fama, ut ex *Argentorato* puer eò mitteretur *Jacobus Mycillus*, *Georgius Helus* ex *Misnia*, & *Joannis Bugenhagii*, *Pomerani*, frater *Gerhardus* ex *Pomerania*, & *Sua- venii* fratres inde *Monasterium* usque mitterentur cum patruèle *Joannis Bugenhagii*, *Joanne Bugenhagio* juniore, item istius discipuli *Andreas*, *Joachim* & *David*: item *Georgius Spalatinus*, qui *Hermannum Buschium* cum *Georgio Helto*, (qui *Monasterii* anno Domini 1500. audiverat quo- que *Murmellium*) *Lipsiæ* anno Domini 1560. reformantem literarum studia, sectatus fuerat, multos misit in scholam **MURMELLII**, & eum publicis *Epistolis* humaniter ac reverenter salutat, doctissimum appel- lans virum, sicut eæ à *Murmellio* postea editæ sunt: Multi quoque ex *Belgicis* locis & ex *Rhenanis* regionibus ad scholam *Murmellii* confluxe-

runt. Et sic scribit ex Treptonio, oppido Pomeraniæ, ad MURMELLIUM *Joannes Bugenhagenius*, Pomeranus: Ego quos habeo discipulos hortari soleo, ut te tandem vifant, te adeant, si velint doctiores fieri & evadere, cum opuscula tua eis lego, Item: Gavifus sum, cum tua scripta legerem, me eo vivere tempore, quo & ipsa Germaniæ adolescentia doctis atque latinissimis præceptoribus gaudet. Qui enim tua scripta legit, intelliget plane te casta & latiali lingua loquentem, & nihil minus *Lyra Apollinis* instructum dulcia & eadem pia, ut *Christi famulum* decet, resonantem carmina. Tandem petit sibi aliquem locum ex *Lactantio* explicari per *Murmellium Bugenhagenius*. Similiter anno Domini 1517. ex *Camina* urbe Pomeraniæ, ubi *Vicedominus* erat, scribit *Joannes Suavenius* ad MURMELLIUM sic: Equidem sic existimo, neque *Pythagoram* illum *Samnium* majus lumen potuisse adferre *Sicilia*, quam tu *Germania* nostræ attuleris, neque *Socratem* illum, qui primus *Ethicen* de cœlo traxisse dicitur perfectiorem egisse virum, quam tu sustineas: Neque divinum *Platonem* ex sua *Academia* eruditiores misisse, quam tu è tuo ludo miseris. Neque ex lyceo *Aristotelis* acutiores prodiisse, quam ex tua *Diatriba* processerunt: neque *Isocratem* elegantius docuisse, quam tu doces: neque ad *Theoprasti* officinam frequentiore concursu fuisse, quam hætenus ad tuum ludum fuerit. Quid multis? Tu nobis *Aristarchus*, tu *Carneades*, tu *Demosthenes*, tu *Archimedes* futurus es, felicior *Marco Tullio*, qui ab *Athenis* eloquentiam *Romanis* transtulisse fertur: Tu vero *Rhetoricam* in patria pene & didicisti & curiosissimè doces, &c. Hic *Suavenius* tunc ante decennium cum fratre *Petro* audierat *Monasterii Murmellium*, & utriusque frater *Bartholomæus* erat *Caminiensis Episcopus*, & fuit magnus religionis postea assertor.

PETRUS NEHEMIUS, *Drolshagi*us, gubernans & formans studia literarum ex promotione *Rodolphi Langii Tremonia* (sicut ibidem nostro tempore per annos fermè quadraginta literas & linguas in magna frequentia cum collegis *Cypriano Vomelio*, *Quirino Reinerio*, *Bernhardo Copio*, *Frederico Beurhusio*, & aliis magna cum laude gubernavit & professus est. Doct̃or JOANNES LAMBACHIUS, *Scavast*es, quondam *Petri Homphai* (discipuli *Hegii*) & *Joannis Aelii junioris* & *Matthie Bredembachii Westphalorum*, & *Monasterii Timanni Cameneri* & *Joannis Murmellii* discipulorum, auditor) sic scribendo in præfatione suorum Scholiorum in carmina quædam pia *Rodolphi Langii* scriptorum anno Domini

mini 1505. alloquitur MURMELLIUM : Vidi tua & legi opuscula de verborum compositione in scripta quam utilissima, quæ nuper in lucem edideras & plura alia tum oratione tum carmine contexta. Quamobrem non possum tibi non gratulari, te tantum apicem ascendisse & utroque genere scripsisse, quod nemini Græcorum, teste Cicerone, primo Officiorum, contigisse videmus.

Buschius de MURMELLII versibus sic loquitur :

Carmina *Murmellii* prisca æquanda poetis.

Cum vero ad gubernationem Scholæ *Almaria* in *Hollandia* manus applicaret MURMELLIUS, sic ejus collega *Alardus Amstelrodamus* juventutem *Alcmarianam* alloquitur :

Magistrum habes multo optimum,
Ac undecunque impendio
Doctum, imo quem prædicant
Politioris præfitem
Et dictionis & chelis,
Referens *Palemonem* alterum,
Plautum & *Maronem* & *Tullium*.

Et in ejus vita *Gerhardus Noviomagus* sic scribit : Vir absque controversia perspicaci ingenio, fideli memoria, multimoda lectione & scriptione clarus, Græcarum & Latinarum literarum professorem doctissimum *Alexandrum* illum *Hegium* audivit, & bonas literas, quas callebat exactissimè, multis in locis optima fide docuit.

Sed quid etiam de TIMANNO CAMENERO, *Guernensi Westphalo*, Rectore ejus Scholæ, in qua & Conrectorem & Professore *Murmellius* egit (qui licet esset *Geldrus* & non *Westphalus*, quamvis in vicinia *Westphaliæ* natus, tamen à *Westphalo Hegio* primò, deinde in *Westphalia* media tantum eruditionis *Monasterii* hausit, & per institutionem *Rodolphi Langii* ita ad annos 15. fermè *Monasterii* profecit, ut legendo, scribendo, meditando, discendo & profitendo in *Westphalia* clareret) sentiant viri docti, subjiciam. Præfatus est *Dialectica* hujus TIMANNI CAMENERI *Petrus Gymnicus*, *Aquensis*, sic ajens : Videmus te vel propè solum & primum ex omnibus his, qui *Gymnasia* minora gubernant, quam palam & liberè bonas literas in hac nostra inferiori *Germania* è tenebris revocas in publicum & in lucem *Gymnasii* tui, & reducis ante oculos tuorum bonos auctores : mox dicit, quod

quod si sentiat sibi aliquid deesse, ut cum collegis non omnibus satisfaciat, esse Langium ut omnium præceptorem, deinde alios in urbe Monasteriensi doctos, ut se, *Morlagium, Tegederum, Aelium* seniores & plures, quorum opera uti possit. Imo ipse *Murmellius* lib. 2. Elegiarum *Moralium* sic scribit ad *TIMANNUM* :

Qui claris animi possunt divina tueri
Luminibus, curant illa caduca nihil.
Quos inter merito numerat te Musa, Timanne,
Gloria Teutonici docte Timanne soli.
Qui solida errantem moderaris lege juventam,
Præcipiens recte vivere, rite loqui.
Sedulus ingenuas pueros hortaris ad artes,
Et Sophiam summo cogis amore sequi.
Et mox :

Censetur latè doctusque Timannus habetur,
In celebri celebrem qui regit urbe scholam.

Josephus Herlenius, qui cum Timanno Camenero & Joanne Murmellio, Ruremundensi, audierat Hegium, sic scribit in libro suo *Epigrammatum*, ad hunc *Timannum* Monasterii edito :

Westphaliæ in lætos tua primum Epirhedia fines
Vexerunt artes docte Timanne bonas.
Nullus enim Musis fuerat locus omine faustus,
Per te præsentis ast habuere manus.
Barbarica Geticaque loqui farragine præter
Tyrones aliud nil didicere prius.
Sed tua dente minax pepulit benefuscina tetram
Barbariem & Musas contulit ingenuas.
Doctus es egregiè nodosos solvere Elenchos
Et quodeunque potest rite sophisma dari.
Tu Physicen calles, moralia tuque docendo
Nicomachi gnato non minor esse potes.
Noctibus assiduis Divina volumina lustras,
Perlegis & quidquid lectio sacra tenet.

Quare talis Scholæ & tam præclare rei literariæ officinæ auctor fuit *Rodolphus Langius*, & quod & quam multi celebres viri in ea Scholâ *Timanni* & *Murmellii* professores fuerint, & quid præstiterint scribendo, in Oratione de *Langio* explicuimus.

Nunc videamus quot & quam celebres viri ex schola MURMELLII & sui *Recloris* TIMANNI prodierint.

HERMANNUS STUVIUS, Vechtenfis, (cui inscripsit Tabulas Grammatices Murmellius, & dicit in præfatione ita scribere epistolas Stuvium, ac si Musæ ipsæ loquerentur) Schwollis Conrectorem egit, & postea Lovanii privatim professus est. Item MATTHIAS BREDEBACHIIUS, HENRICUS URANIUS, & JOANNES ÆLIUS, junior, ordine *Recleres Embricenses*, fuerunt *discipuli* MURMELLII, ex quibus posterior fuit etiam successor & discipulus Timanni, & ad annos viginti *Monasterii* egit *Reclerem* mihi an. 1538, præceptor, cui successit HENRICUS VRUCHTERUS OLPHENIUS, similiter auditor Murmellii ibidem, & post eos HERMANNUS KERSENBROCHIIUS, qui ibi cum laude in magna frequentia suis præceptoribus Ælio insigni Historico & Olphenio Philosopho & Poëtæ succedens ad annos 27. juventutem & literas moderatus est, sed malam à Monasterienfibus retulit gratiam.

JOANNES MONHEMIUS, Erverfeldæ in Westphalia natus, & in Schola Monasterii institutus, multa in re Dialectica & rebus Grammaticis præclara scripsit, & Colonia primo, deinde *Dusseldorpii* juventuti cum gloria cumulatim ad istius Scholam currenti præfuit.

JOANNES POLLIUS, primo Conrector, deinde successor *Bartholomæi Colonienfis*, in urbe *Mindensi* literas cum eodem restituit, & postea RODOLPHUM MOLLERUM & *Henricum Sibaum Olphenium*, (qui cum suo populari *Henrico Vruchtero Olphenio*, diu in Schola Timanni Murmellique, sicut etiam ante *Pollium*, institutus erat) successores habuit, & fuerat etiam *Mollerius* discipulus Murmellii & Timanni ac *Horlenii*, *Peringii* & *Tunicii*, & iste RODOLPHUS MOLLERUS, *Osnaburgi* post Joannem Alexandrum, Meppensem, & antea *Hervordia* cum Jacobo Montano, *Spirensi*, & Theodoro Rotario post discessum *Horlenii*, & post Rotarium ibidem & quoque *Minda* succedens *Pollio*, literas politiores propugnavit & ad meliores artes hortatus est auditores.

HOMERUS BÜTERANUS, *Hafelundensis*, qui primo in schola Timanni *Bernhardum Gueringium*, Joannem *Hagemannum*, *Lodovicum Bavincum* audivit, & antea in schola *Hegii* eruditus erat, is inquam præfuit 4. classi in schola Timanni sub Conrectoribus *Peringio* & *Horlenio*, & deinde *Brunsviga* & postremo *Hervordia* post *Mollerum* scholis præfuit & ei succedit *CHRISTIANUS SCHLEIBINGIUS*, institutus in schola Timanni quoque sed Conrectore *Joanne Ælio*, item sub lectore tertie classis *Joanne Glandorpio*, *Henrico Vruchtero Olphenio*

quartæ classis ordinario, & Antonio Tunicio quintanis præposito, cui rursus succedit HENRICUS SIBÆUS, *Olphenius*, Murmellii quoque & Timanni discipulus, qui Sibæus postremis gubernationis Timanni temporibus *Monasterii* Lector sextæ classis erat & tandem *Helmesladis, Calfelis in Dethmarsia, Os naburgi, Hervordia, Lemgovia* & alibi literas bonas tradidit. Diximus modo de JOANNE GLANDORPIO, *Monasterii* nato in eadem schola sub Timanno per Gueringium, Hagemannum, *Bavincum*, Murmellium instituto, qui erat *Buschii* in itinere Comes, & tandem *Rostochii* & *Colonia* gradus sumpsit, atque in patria primò ut dicitur deinde *Marpurgi* in nova Academia, denique *Hamelunge, Brunsvigii, Hannovera, Goslaris*, & postremo *Hervordia* literas ac artes & historias (in quibus erat cum multorum admiratione versatus excellentissimè, quem solutat semper Philippus Melanchthon ut doctissimū virum cum in publicis, tum in privatis epistolis ad eum datis, & hic *Glandorpii* literatos reddidit discipulos) eruditissimè tradidit. Fuit etiam *Goslaris* ante ipsum M. MICHAEL VOLMETIUS, Rector scholæ florentis, qui similiter Murmellium & Camenerum audiverat, ut erat Westphalus. HERMANNUS TULICHIVS postquam audivisset eosdem *Monasterii*, commendatur Hermanno Buschio tunc Lipsiæ versanti per Murmellium cum hunc aliquantulum instituisset, ipsum anno 1506. commendavit deinde utriusque populari *Ottoni Beckmanno*, Professore oratorio in Academia *Witebergensi* nova, qui eum Tulichium propter ingenium, eruditionem, tum propter Murmellium & communem patriam habuit carissimum, ejusque negotium promovit eò, ut Hermannus Tulichius fieret primò *Witebergæ*, deinde *Lipsiæ* in *Academiis* Professor oratoriarum, ubi anno Domini 1515. erudito carmine edito commendavit constructiones Erasmi Roterdami. Et inter alia sic refert: Si brevitate placeat, simul utilitate libellus. Hoc brevius nihil est utiliusve puer. Tandem vocatus is ad aperiendam novam Scholam in celebri urbe *Lanaburgæ*, hoc quidem splendide fecit, & dicitur *Lucas Lossius* ab illo hautis quicquid in illo eruditionis est, & totum illud esse Tulichii ajunt, quod hactenus per *Erotemata* cum in artibus tum in aliis disciplinis edidit Lossius, aut saltem potissimam istorum esse partem ex Tulichii ore acceptam asserunt. Tunc temporis erat Tulichio Conrector, & ei mortuo successor JOANNES BATELIUS, *Cosfeldianus*, qui quoq; in Schola Timanni & Murmellii eruditus erat, & eo propter senium quieti tradito vocatus est ibi in ejus locum M. ALBERTUS LONICERUS, *Hervordiensis* quoque Westphalus, qui à discipulis Timanni, *Buterano, Schleibingio* &

& Sibæo viris claris, in patria institutus est ita, ut postquam in Academia egisset, non solum in patria, sed etiam Lunæburgi cum admiratione juventutem hæcenus per multos annos instituat, & præsit optime Ludo literario.

HERMANNUS BONNIUS, Quackenburgerensis, *Griphswaldia* in Academia & *Lubeca* bonas literas tradidit, cujus in Scholis per Saxoniæ extant & leguntur Elementa, prodiit quoque ex schola Timanni sub Murrnellio, & quando *Erasmus Sarcerius*, illius esset Conrector *Lubeca*, dicitur ab eo hausisse & excerpisse, quicquid postea per Methodum in re Dialectica & Rhetorica edidit iste *Sarcerius*, dum ageret Rectorem primò, deinde Concionatorem *Dillenberga* vel *Sigena* in Comitatu *Nassovienfi*, &c.

JOANNES RIVIUS, Attendoriensis, in patria audivit popularem Timannum Mullæum discipulum Hegii, qui eum primò ad *Theodorum Rotarium*, Unnensem, Hervordix docentem cum Jacobo Montano, Spirensi, misit & postea Murrnellio & Hortenio docentibus Monasterii commendavit, & is Triviis in Grammatica, Dialectica & Rhetorica scriptis rem literariam in Misnia egregiè promovit, & ipse Westphalus habuit ibi discipulos, *Georgium Fabricium* & *Adamum Siberum* aliosque restauratores rei literariæ. Quod etiam *Buschius* incepit *Rostochii*, hoc perfecit *ARNOLDUS BURENIUS* in restituendis literis, & hic fuerat cum *Henrico Welpho*, Lingio, suo Collega Timanni & Murrnellii auditor: & quæ præstiterit uterque ibi multis notum est.

VITUS ORTELIUS, Winshemiensis, fuit auditor Murrnellii, & postea celebris Professor *Witebergæ* erat, qui *Philippi Syntaxia* locupletavit & quædam ex græcis vertit.

JACOBUS MYCILLUS ex Argentorato venit in Westphaliam ad audiendum Murrnellium, & quomodo is scriptis & prælectionibus rem literariam promoverit, dum multa Scholia in Poetas passim scripsit, quædam ex græcis vertit, de *Prosodia* & aliis scripsit, Grammaticamque *Philippi* auxit, notum est multis.

GERHARDUS GILDENHUSIUS & JOANNES DICKMANNUS ut auditores Timanni & Murrnellii in oppido ditionis Monasteriensis *Borkeno* studia humanitatis suscitaverunt, sicut in oppido *Men* ejusdem ditionis M. GERHARDUS COTIUS, eorundem discipulus, tentavit, & sicut *Warendorpi* *HENRICUS SCÆVIUS*, *Cloppenbergensis*, Poëta fecit, qui quoque utriusque auditor fuerat, cujus epigrammata extant, Veluti & JOANNES BUSCHMANNUS in patria oppido *Lubeco* ditionis *Mindensis* idem instituit.

tuit, & multa carmina ejus prodierunt, qui quoque Murellium & Timannum audierat: Idem accidit EBERHARDO TAPPIO, Lunensi, illorum discipulo profitenti bonas literas Colonia & alibi, qui in Epitome contraxit Chiliades Erasmi, & collationem Germanicorum proverbiorum cum Græcis & Latinis scripsit: Simile possum referre de WILHELMO SANDPHURDIO. Et *dies deficeret, si pergerem recensere eos omnes per Germaniam viros doctos, qui ex Schola Langii, cui præfuit Timannus Camenerus, & in qua legit Murellius, prodierunt: Et hæc, nus qui ex ista Schola tanquam ex equo Trojano progressi sunt, recensuimus, ut non minimam operam in restituenda re literaria præstiterint Westphali.*

Pergo jam ad reliquos ALEXANDRI HEGII discipulos, videlicet ad proximum in ordine CÆSARIUM, Juliacensem, in vicinia Westphalicum natum, qui & Hegium & Langium audivit, & literas ac Dialecticam cum JOANNE MATTHÆO PHRISSEMIO, ejusdem sub Hegio condiscipulo, restituit, & extant in arte Dialectica utriusque erudita scripta, & confuluit Joannes Casarius in restituendo Plinio Langium: Fuit etiam HERMANNUS TORRENTINUS eruditus in schola Hegii, qui anno Domini 1566, in schola patriæ urbis Schwollensis correxit doctrinale Alexandri ad usum scholarum, & inde barbaros versus sustulit, & magis perspicuos substituit, & meliorem, quam antea vocabulorum interpretationem adiecit, sicut præfatus est in doctrinale Alexandri, & in ea præfatione hoc fateatur: mox ille damnatur à barbaris & philosophastris, hoc nomine, ut cogere tur scribere, Apologiam ad germanum fratrem Joannem Torrentinum, contra istos calumniatores, in qua inter alia dicit: Quis vel mediocriter doctus ignorat, quot mendosi, quot obscuro & inutiles versus fuerint in Alexandro? Quod & Sulpitius, Verulanus & Aldus Manutius, Romanus aliique viri doctissimi perhibent, quorum opera effectum esse ut Alexandri doctrinale, quod vocant, Italiæ Scholis explosum sit. Quod ipsum quoniam nostris regionibus factum difficile ac penè impossibile videtur, doctorum hominum hortatu invidiosam hanc & tantum laboriosam suscepi provinciam, ut hujus primæ partis mendosa quæque corrigere, & redundantia amputarem. Tandem invehitur in EBERHARDUM & CORNUTUM, & doctrinale Alexandri, vocat Labyrinthum apud Minotaurum. Legit quoque in sua schola Virgilii opera & Scholis explicuit & primus Etncidarium poeticum conscripsit, quem auxit Mycellus, mortuo Torrentino succedit JOANNES ALEXANDER, Meppensis, antea Corrector & auditor quoque Hegii, cui erat tunc Vice-Corrector HERMANNUS

NUS STUVIUS, Vechtenfis, & utrique infcribit fuum *Scoparium* ad profligandam barbariem *Joannes Murmellius*, & cum tandem ifti duo excluderent ex Schola *Schwollenfis* illud doctrinale Alexandri, mox ejiciuntur per barbaros, & tunc abiit *Stuvius Lovanium* & *Joannes Alexander*, Meppenfis, *Osnaburgi* tandem *fufcipit studia* literarum excitanda ex promotione Langii, & de illo Meppenfi fic fcribit Murmellius:

Te doctore Scholæ pars iftic maxima floret,
Doctrinam fequitur magna caterva tuam.

Item:

Eloquii falve cultor facunde latini,
Quo duce barbaries tollitur è medio.

Erat quoque informatus in Schola *Hegii* *JACOBUS MONTANUS*, *Spirrenfis*, qui in media *Wefphalia* *Hervordia* fcripfit de *Confectione* librum multis exemplis refertum, & *Phrafes collegit ex Cicerone, Terentio, Salufio, Plauto, Cafare & Livio* & edidit, imò *Calepinum* vel ejus *Lexicon* aut *Dictionarium* correxit, & perperam citata vel excufa mutavit & in ordinem rededit, *barbaras voces fuftulit*, & in feccentis locis emendavit, atque *Ortographiam* paffim afferuit, ut in præfatione *Calepini*, *Joannes Prael*, *Coloniensis* *Typographus* anno Domini 1534. tradit & eum de literis latinis optime meritum vocat virum. *JOSEPHUS HORLENIUS* fimiliter quoque didicerat literas in Schola *Hegii*, & *Hervordia* atque *Monafterii* propagavit artes ac bonos auctores, ut diximus, & ei fuccedit *THEODORUS ROTARIUS* *Hervordia*, qui etiam audiverat *Hegium*.

NICOLAUS LESDORFIUS *Hegii* difcipulus in patria *Groninga* Scholam aperuit, cui difcipulus, vir in lingua Latina eloquentiffimus, *REGNERIUS* fuffecit. Venio ad *CONRADUM GOCLENIUM*, *Paderbornenfem* in fchola *Hegiana* institutum, de quo fcribit *Erasmus Roterodamus* in proverbio: Te iftum laudas, *Conradus Goclenius* ait, Latinae linguae publicus *Profeffor* in *Academia Lovaniens*, juvenis utriusque linguae ad unguem doctus, & in utroque fcribendi genere mirificus artifex, five profam orationem malis, five carmen, olim inter primos eruditionis proceres præcipuas habiturus. Idem in *Ciceroniano* fuo dialogo: *GOCLENIUS* apud *Brabantos* jam pridem ornat non modo *Collegium Buleidanum*, quod quidem trilingue vocant, fed totam etiam *Academiam* licet alioqui florentiffimam. Item mox: Opinor illud ingenium poffe quidquid ferio voluerit, verum mavult effe obefulus, quam polygraphus. Et in *Epiftola* ad *Thomam Morum* libro *Epiftolarum* 17. fic de eo ait: *Wefphalus* populus ut vulgò rudior habetur, ita multos nobis dedit

dedit summis ingeniis minimeque vulgari doctrina præditos. Non aliud genus mortalium patientius laborum est, fide morumque sinceritate, simplici prudentia & prudenti simplicitate potissimum commendatur. Scis nuper *Lovanii* trilingue Collegium, in eo publicè *Coenobii Goclenius* gente Westphalus, latinæ literas maxima cum laude, totius Academia fructu proficitur, ea morum integritate comitateque, ut literas, quas docet etiam apud illos reddat gratiosas, qui prius aversabantur. Ingenium argutum, quod feliciter sui specimen præbuit, etiam in his disciplinis, quas solenniter tradunt in scholis publicis. Sales habet sed prorsus atticos, ac lepidis fabellis vel tecum certare queat. In carmine peculiarem quandam habet gratiam, nunquam non dulcius, nunquam non dulcis & amœnus. Nec est ullum unquam argumentum tam inamabile, quod illo tractante non mitescat. In *prosa oratione* sic est sui similis, imo sic est sui dissimilis, ut illius soluta legens putes prorsus alienum à carmine esse. Et postea: Quod si nostri principes prophani pariter & Ecclesiastici didicissent egregiis ingeniis habere suum honorem, quemadmodum apud Italicos habetur, *GOELENUS* noster totus esset aureus, &c. & *Alardus Amstelredamus* ad *Sibrandum Pompejum Oconem* vocat hunc utriusque linguæ facile Principem, &c. Extant ejus in officia & aliquot orationes Ciceronis scholia: ita ille fuit fuit reformator linguarum & artium & latii sermonis apud Lovanienses.

De *Joanne Alexandro*, Meppensi, diximus, & ejus frater post *Adriano* fratres & *Bartholomæum Colonensem*, nomine *LUBERTUS*, fuit Rector scholæ *Daventriensis*, sicut nostro tempore celebrem ibi scholam *JOANNES NOVIOMAGUS* moderatus est, qui habuit Coloniae præceptorem Westphalum *ARNOLDUM WESALIENSEM*, discipulum *Alexandri Hegii*, item *JOANNEM CÆSARIUM & PHRISSEMIUM*.

ANTONIUS TUNICIUS, Monasterii docuit in schola *Timanni Cameneri*, & *Erotemata Grammaticæ* scripsit & *proverbiales versus* edidit, sicut & ille erat discipulus *Alexandri Hegii*.

JOANNES PERINGIUS, *Buricensis*, in schola *Timanni Cameneri* Monasterii aliquid ex *Laurentii Vallæ* scriptis de observatione Latina collegit, sicut etiam *Alexandri Hegii* auditor erat.

GERHARDUS LISTRIUS, *Rhenensis Westphalus* & discipulus *Hegii*, scripsit in *Moriæ Erasmi* & de figuris aliquid edidit, sicut etiam *Petrus Mosellanus*, qui fuit in schola *Hervordienſi* in *Westphalia* ab ipsis *Westphalis* & *Hegii* discipulis institutus, dum esset discipulus ibidem *Horlenii*, *Rotarii* & *Montani Spirensis*, &c. Et is *Dialogos* quosdam edidit,

edidit, & vertit multa Lipsiæ ex Græca lingua in Latinam, præsertim ex Nazianzeno, & is fuit primus reformator eloquentiæ in urbis Lipsensis Academia post Buschium Westphalum.

JOANNES HAGEMANNUS, GUERINGIUS, BAVINCUS & similes natione Monasterienses sunt, & fuerunt lectores egregii in schola Timanni Monasterii, de quibus diximus in oratione de Rodolpho Langio, erant discipuli Hegii.

PETRUS NEHEMIUS, Drolshagius Westphalus, fuit *Rektor scholæ*, ex promotione Rodolphi Langii, *Tremonia*, & ei inscripsit sua in Versilogum Mancinelli commentaria *Joannes Murellius*, & cum vocat Murellius doctissimum virum.

LUDOLPHUS HERINGIUS, fuit ex promotione Langii *Rektor* & *inceptor literariæ doctrinæ*, anno Domini 1501. *Hammonæ*, civitate Comitatus amplissimi de *Marcka*, cui inscripsit *Murellius Eclogas*, in quibus etiam alibi depinxit *Hammonensem urbem*, & eidem composita verborum versibus conscripta cum commentariis inscripsit, & is fuit egregius reformator Latine linguæ in patria.

De *Gueringio, Bavincoque* diximus in *Oratione Langii*.

SERVATIUS & JOANNES ÆDICOLII fratres, natione Colonienses, in schola Hegii, postquam *Rodolphum Agricolum Heidelbergæ* audivissent, & postea incepissent reformare studia in patria, & propterea exclusi essent per barbaros, auspicio præceptoris Hegii cœperunt *Daventria Homerum, Hesiodum, Euripidem* & alios græcos auctores enarrare, & *Servatius* vertit aliquod *Pœmata Homeri Heroico carmine*, quæ sunt *Parisis* exeusa: interea *Jacobus Faber, Daventriensis*, legit græcè *Isocratis, Platonisque* scripta ibidem, quorum pleraque vertit ipse *Jacobus*, quæ sunt *Daventriæ* edita.

Dixi de *THEODORO ROTARIO*, gubernante post *HORLENIUM* scholam *Hervordia*, in qua dedit operam literis *MOSELLANUS*, ut diximus.

PETRUS GYMNICUS, Aquensis (cujus antea facta est mentio) magnus fuit *Philosophus & Mathematicus*, & dixit *Longicampianus*, *Matheseos Professor Witebergæ*, se in tam longa professione per Europam & Germaniam nunquam reperisse doctiores in sua ista de *Mathesi* professione, quam duos in *Westphalia* viros, alterum *Monasterii Petrum Gymnicum Aquensem*, alterum *Mindæ Bartholomeum Coloniensem*.

JOANNES VOLSIIUS docuit primò *Monasterii* deinde *Coloniæ*, & *ARNOLDUS VENLO* quoque ibi docuit. JOANNES vero
BENZ

Benroth *Daventria* rexit aliquando studia humanitatis, & ei successit GERHARDUS LISTRIUS: & is erat Hegii discipulus.

ANDREAS ORNOTOPARCUS, Monasterii literarum assertor fuit.

BARTHOLOMÆUS COLONIENSIS præcipuus Hegii primo discipulus, deinde collega egregius *Daventria*, & deinde *Mindæ* rem literarum promovit eximie. De eo scripsit *Trithemius* in suo Catalogo, ipsum esse in secularibus literis egregie doctum, ingenio subtilem, disertum eloquio, Philosophum & Poëtam præclarum, cujus carmina etiam doctissimi Poëta mirantur & laudibus tollunt, qui *Sylvam* carminum edidit & vivit *Daventriae* anno 1494. Hæc ibi: Sed *Hermannus Buschius* egregium Epigramma de eo scripsit, sicut in oratione ea hoc relatum est, quam de *Buschio* dedimus.

ANDREAS Canther/Phrysius, institutus in schola Hegii, fuit reformator linguæ Latinæ in *Academia Coloniensi*, ut scribit de eo *Murmellius* in Epigrammatis:

Influit in Rhenum Tyberis, doctissime Canther,
Auspicio, ut perhibet publica fama, tuo.
Te duce Romuleo Germani more loquuntur,
Et jam barbaricos dedidicere sonos.
Historiam enarras, legis & facis ipse Poëtas
Illustres, Phrysii gloria magna Soli.

OTTO BECKMANNUS, Warpurgensis, ex ditione Paderbornensi (ubi etiam erat natus ANTONIUS CORVINUS, Theologus) ex promotione *Buschii* factus est primus Oratorius Professor in *Academia Witebergensi*, & cum eò venisset *Philippus Melanchthon* & vidisset ab illo & aliis eleganter restitutas esse literas humaniores, eidem inscribit orationem de corrigendis studiis anno Domini 1518. & vocat ibi eum doctissimum virum, & addit, debemus tibi quicumque literas profitemur atque adeò ego multis nominibus.

Hactenus dixi de discipulis Hegii Westphali, partim Westphaliæ partim in vicinia Westphaliæ natis, sicut in vicinis Westphaliæ locis nati sunt, *Cæsarius*, *Murmellius*, *Peringius*, *Bartholomæus Coloniensis* & *Adicollii fratres*, atque *Joannes Noviomagus*, imò etiam RODOLPHUS AGRICOLA, omnis literaturæ, artium, disciplinarum & linguarum auctor per Germaniam, fuit natus in vicinia Westphaliæ, quem in multis locis & multis nominibus supra modum prædicat & extollit in *Chiliadibus* centuria quarta, in Proverbio. Quid cani cum balneo? *Erasmus Roterodamus*, & *Philippus Melanchthon* in oratione de isto *Rodol-*

pho Agricola habita, & in epistola ad *Alardum Amstelrodamum* de AGRICOLA, &c. & isti maximi censores in literaria re existimant, nihil unquam de orbe absolutius Rodolpho illo productum, qui tam excellens in re literaria, & utriusque literaturæ cognitione doctrinaque præditus fuerit: & existimat *Philippus*, nunquam ex Germanis hæcenus ita potuisse satis facere morosis ac fastidiosis *Italis* quenquam, atque potuit *Rodolphus*, qui *Ferraria* soluta oratione certabat cum *Guarino*, cum *Strozis* Poëtis versu, de Philosophia cum *Theodoro Gaza* differebat, ita ut totius Italiae in se ora & oculos converteret: Is (ait) primus in Germania emendare genus sermonis cœpit, & accendit Latinæ ac Græcæ linguæ studia, quare ei plurimum debemus.

Jam antea diximus, quanto studio per multas Germaniæ partes in diversis Scholis & Academiis restituerit artes & linguam Latinam *HERMANNUS BUSCHIUS*, in oratione de ejus vita & studiis edita. Et licet antea de *CONRADO GOELENIO*, Westphalo dixerimus, tamen ex testimonio *Erasmi Roterodami* ostendemus, quantum ille pro restauratione linguæ Latinæ contra barbaros laboraverit. Sic enim scribit ad eum in propria epistola lib. 17. Epist. Deamo te, qui tam graviter rem geras in professione linguæ Latinæ, tuaque doctrina pariter & ingenio exornes collegium *Buslidianum*. Felix juvenus nostra, quæ in hoc seculum inciderit: prorsus inviderem, nisi toto pectore faverem utilitati publicæ. Quo magis obstrepunt hi tatrachi, hoc magis ac magis gliscit ardor juvenum, spretis illiteratis literis, ad meliora grassantium, video quid mereatur istorum improbitas. Sed tu, quod temporis perditurus aut certe malè collocaturus rixando cum malis rabulis, hoc bonis studiis juvandis impende. Vis tibi commonstrem splendidum ac magnificum vindictæ genus, fac ut te ipsum præbeas & inculpatis moribus virum, & sedulum ac diligentem optimarum artium professorem. Nulla ratione potius possis istos citius ad suspendium adigere, quo sane dignissimi sunt, quam publicis bonis tantopere cruciantur non aliis modo, verum etiam sibi ipsis invidentibus. Et mox: Quid enim sensuri sunt cordati viri, quam audient *Lovanii* & Poëtices & Rhetorices professionem nec obicœnitatis habere quidquam, nec maledicentiæ. Hæc *Erasmus*. Ex quibus verbis perspicue apparet *GOELENIUM* Westphalum fuisse præcipuum linguæ Latinæ reformatorem *Lovanii*.

Nunc veniamus tandem ad *ANTONII LIBERI*, *Susatensis*, (qui *Campis*, *Almaria*, & *Amstelrodami*, juxta præscriptam formam & consilium *Rodolphi Langii* & *Alexandri Hegii*, juventutem infor-

mavit) discipulos, ut videamus, quid illi in re literaria præliterint per Germaniam.

Istius ANTONII *Westphali discipulus* fuit ADRIANUS *Cardinalis* (postea *Papa* factus) cujus Phrasæ de lingua Latina extant. Ex ejusdem Schola prodiit ADRIANUS BARLANDUS, cujus extant *institutiones Rhetorica & Dialogi* aliquot atque *Scholia in Terentium*.

NICOLAUS CLÉONARDUS, qui in lingua Græca & Hebræa illustranda eximiam operam posuit, ut ejus eruditissima scripta indicant, istius fuit auditor.

GERHARDUS NOVIOMAGUS ex hujus schola prodiit, historicus insignis, imo hoc ANTONIO usus est præceptore magnus ille Cicerois Eloquentiæ reductor CHRISTOPHORUS LONGOLIUS, sicut etiam ALARDUS AMSTELRODAMUS, qui ut alia ita in libros *Dialecticos Rodolphi Agricolæ* scripsit utilissima commentaria, veluti similiter ex ejus Schola prodiit istius Alardi popularis CORNELIUS CROCHUS, cujus de inventione *Dialecticæ* extant scripta, item elegantia colloquia, qui similiter collegit ex instigatione Præceptoris Antonii nostri, *sordidorum vocabulorum furraginem*, & fuerunt istius discipuli multi alii viri eruditi.

Quum igitur Westphali nostri ordine quatuor tanta & tam magna præliterint in initio cum RODOLPHO AGRICOLA incipientes, & deinde istorum discipuli postea majora in re literaria illustranda tentaverint, ideo verè sentiamus Westphalis nostris deberi, quod lingua Latina sit restituta in Germania nostra: attamen si qui sint, qui totam hanc laudem nostris nolunt planè tribui, illi hoc saltem fateantur necesse esse, quod potissimum præ omnibus aliis aliarum nationum hominibus in ea re operam posuerint Westphali, cum patrum tum nostro tempore, ut major nostratibus servetur honor præ aliis populis.

M. BERNHARDUS ORESTES in tribus linguis ad miraculum doctus, tanta cum laude gubernator Scholarum & studiorum in *Inchy Brunsviga* erat, ut si vixisset lumen non tam Westphaliæ quam totius Germaniæ fuisset. Quid dicam de Doctore BERNHARDO COPIO patre in Westphalia, & nunc *Marpurgi* literas bonas cum summa laude profitente? Taceo infinitos alios hinc inde per Germaniam magna cum laude profitentes linguas, artes & optimos quosque auctores. Considerent etiam omnes hoc in iis, quotquot in Westphalicis Scholis eruditri sunt, eos esse promptiores in Latina lingua quam reliqui Germani sint vel possint esse.

FINIS.

GENE